

titudinis nomine indigna judicabantur. *D. Dorsch. in Mysaria Missa c. 1. §. 2. 13. 17.*

(5) Fuerunt typi, qui complementum suum affecti sunt. *Dan. IX, v. 27. Matth. XI, v. 13. Col. II, v. 14. 17. Act. XV, v. 6. 10. Dieteric. art. de decalog. §. 10. D. Heilbrunner, Papat. Acatbol. artic. 8. 9. 16. cap. 2. Neque Paulo & Barnabæ Act. XIII, v. 2. per impositionem manus, collatum fuit opus sacrificandi, ut ostendit Dn. D. Dorschæus in Mysaria Missa cap 7. §. 14. pag. 232. quando per impositionem manus, officium Liturgias ipsis est commissum. Quod vero hic eliguntur, illud fit, ut Evangelii opus, diu ante inceptum, continuarent: sicut videmus ea opera, quæ ante segregationem fecerunt, respondere illis, quæ post fecerunt.*

### §. XXXI.

*DIACONATUM* non esse Sacramentum, confitetur ipse *Bellarmino. de sacram. ordin. lib. 1. cap. 6. dicens: Ordinationem Diaconorum esse sacramentum, non certum est ex fide; patet, quia id non potest evidenter deduci ex verbo DEI scripto vel tradito: Neque extat ulla Ecclesie de hac re expressa determinatio. De SUBDIACONATU Bellarmino minor certitudo est, quam de diaconatu. l. c. cap. 7. de quo, uti dixi, nulla est, cui fidem dare possimus. Novus est plane & sacer factus a Pontificibus: ut habet Durandus lib. 2. cap. 8. §. 1. Ordo Subdiaconorum sacer hodie secundum Innocentium III. reputatur. Extra, de etatis & qualitatis ordinibus, & a multis: siquidem Subdiaconi Nathineorum vices in Ecclesia representant. De quibus in Esdra legitur, quod David dederat Nathineos ad ministeria Levitarum, unde græce ὑποδιάκονοι dicuntur: quia preceptis & officiis Levitarum subjacent & eis ministrant. Quod vero*

vero